

Litteræ Sigismundi tunc Regis Poloniae  
ad Summum Pontificem

Credo iam satis constare Sanctitati vestrae, quantum  
fluctuet in his omnibus Regionibus Ecclesia Dei  
& Religio Sancta Catholica, cum hæc tempestas iam  
etiam ad ipsam & eius Sanctam Sedem quod cum  
summo dolore meo commemorare permancaverit,  
inter alia uel loca & dominia que hereticis tur-  
binibus exagitantur, est maxime Regnum Sueciae,  
ubi certissimis documentis cognoui, iam ante se-  
ptem Annos gravissimos tumultus in ordinem  
& statum Ecclesiasticum excitatos Episcopus & pre-  
latos multos partim occisos, partim in exilium ac-  
tos reliquum ordinem Ecclesiasticum contem-  
ptum & oppressum bona Ecclesiastica diripita  
& occupata, denique humanas, divinasque  
res omnes confusas, atque hæc mala et indies  
acrius pullulasse & radices suas egisse quo a  
tanto tempore Regnum illud legitimis &  
consecratis Episcopis qui se huic tempestati  
opponere possent curavit. Quo magis miror  
vestram Sanctitatem Sapientissimum pre-  
sulem hætenus huic calamitati Ecclesie  
Suecane non providisse & Episcopos qui



per Capitula sunt Electi non confirmasse. Ego pro-  
fecto partim quia dolentissimo animo conspicio  
hanc temporum malignitatem & rerum Chri-  
stianarum confusionem, partim quia Regnum  
Sueciae dominus meus est vicinum, in qua ubi haec  
heresis confirmaretur, ut brevi futurum, prevaleret  
Ecclesiae sublatis & regnicola illi societatem cum  
Moschis Schismaticis, de qua iam tractant, inirent  
propeit Republica Christiana in his praesertim  
partibus maximam aliquam ruinam induere.  
Rogo & obtestor vestram Sanctitatem rogant &  
omnes prelati Ecclesiastici Regni mei, ut vestra  
Sanctitas citra moram ipsi Ecclesiae Suecicae  
adeo naufraganti succurrere curet. Quod oportune  
faciet vestra Sanctitas. Si reverendo patri do-  
mino Joanni Magni Scoto Electo Archiepi-  
scopo Upsaliensi consecrationis manus quan-  
totius permiserit, auctoritatemque reliquis  
Ecclesiis Episcopos praeficiendi & consecrandi  
concesserit, quo impetrato idem consecratus  
Archiepiscopus, seu vilitas & cum plena au-  
toritate pro Sancta Religione Christiana  
contra invalescentes hereses opponeret atque  
Principum & Magistratum auxilio in-  
visus, intus Sanctae Sedis Apostolicae



69

obedientiam, ibidem collapsam restauraret & confir-  
maret, bonisque Ecclesiarum quae nunc violento  
occupantur restitutis, omnia debita Camera Apo-  
stolica si hac causa res tam salubris negligitur,  
plena persolvi procuraret, cui ego omni ope &  
ausilio meo adessem ut Religionem & Ecclesias  
ad pristinum statum in illo Regno restitueret. Alio-  
quin nisi vestra Sanctitas ita faceret quam pri-  
mum curaverit, actum erit prorsus Deside Cat-  
holica in ipso Regno Sueciae aliisque Dominis  
illi adiacentibus verum ego non dubito vram  
Sanctitatem pro sua pro sua prudentia & pie-  
tate non levis pensuram hoc naufragium Eccl-  
siae Suecicae & proceres intercessionemque meam  
non obaudituram. Quae felicissime valeat, ne  
que Regnumque & dominia mea sibi habeat  
commendata ex Biotrkow XXIV. Januarii 1628.



*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*